

BIBLIOTEKA

Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XXVIII

12535

BIBLIOTEKA

Zakł. Nar. im. Ossolińskich

1730


1730

4a B 4

Deliberation
of the Senate
on the

No. 10. 237.

4a. P. 4.



Te 2 Wrywla }
Micraspinae }

KALENDARZ POLSKI YRUSKI,

W K T O R Y M

SWIĘTA ROCZNE y BIEGI NIEBIESKIE,

Aspekty, wybory, czas śmiania, szczepienia, krwi puszczania, lekarstw zżywania, Wschod y zachod słońca, &c. należnym porządkiem położone y opisane.

NA ROK Od Narodzenia **CHRYSZTUSA PANA** 1730.

Ktory jest po Przesłępnym y Przybysowym Drugi,

Od Stworzenia Świata,	5679.	Od Połtan: ná łásney Gorze Częstochowsk:	
Od Poropu całego Świata,	4031.	Naycudowney: Obrázu P. M.	348.
Od Zbudowan: Kościoła Salomonowe:	2747.	Od Założenia Akadémij Krák:	330.
Od Założenia Rzymu,	2482.	Od Założenia Akadémij Poznán:	210.
Od Witawy Kalendarza Ruskiego,	1775.	Od Vnij W. X. L. z Koroną Polsk:	153.
Od Początku Krolestwa Polskiego,	1179.	Od Początku Trybunału Koron:	153.
Od Założenia Miasta Krakowa,	1030.	Od Poprawy Kalendarza stárego,	148.
Od Zabięcia S. Stánislawa, Bisk: Krák:	635.	Od Założenia Miasta Zamościa,	148.
Od Założenia Miasta Warszawy,	479.	Od Założenia Akáde: Zamoysk:	141.
Od Kánonizacyi S Stánisl: B. Krák:	479.	Od Znieśie: Turkow pod Wiedniem	47.
Od Szczęśliwey Koronacyi Naiśnięyszego		J. M. AVGVSTA II.	34.

Rewolucye Kościelne.

Według Kalendarza Poprównego

Złota Liczba **II.** Okrąg Słońca **III.**

Epáktá **XI.** Poczet Rzymski **V II.**

Literá Niedzielná **A** Literá MártYRO: **I.**

Niedziela 1. Adwentowa Dnia 3. Grud:

Mięsopustu według Kalendarza Rzymskiego poprównego od Nowego Lata aż do Po-

pielcu jest Niedziel 7. dni 3.

Według Kalendarza Stárego.

Złota Liczba **II.** Okrąg Słońca

Epáktá **XXII.** Poczet Rzymski, **VIII.**

Literá Niedzielná **D.** Ruská Wielkanoc wraz

z Rzymską przypada.

PRZEZ

M. MICHAŁA JOZEF A REMBECKIEGO,

W Przesławney Akadémij Krakowskiej Nauk wyzwolonych, y Filozofij Doktorá, Matematyki Professorá, Kollegę Mnieyszego, Geometrę przy-
sięgłego, Kościoła S. WOYCIECHA w Rynku Krakow: Proboszcza.

z należyta pilnością

W Y R A C H O W A N Y.

W KRAKOWIE

W Drukarni

AKADEMICKIEY.



PERILLVSTRI

&

ADMODUM REVERENDO DOMINO,

D. M. THOMÆ

MAJOWSKI,

In Alma Universitate Cracoviensi

Philosophiæ Doctori,

Ecclesiarum Collegiæ Neo-Sandecensis

DECANO & OFFICIALI,

Vetero-Sandecēsis PRÆPOSITO, Biegunicēsis CVRATO,

Domino Patrono Colendissimo.

*Ms. od Tytygia zlot Peruzgi na Tytygia
Italy z. 17/24/10 2.*

Cæleste donum Urania ex ipsismet evoluta astris in cujusnam anno præ-
senti devenire, manus & cujus se tueri patrociniū debeat, Te præstò
veneratur. PERILLVSTRIS & ADMODUM REVERENDE
DOMINE PATRONE COLENDISSIME. Longo etenim & ar-
duo labore Calorum motus eorumq; effectus futuri inquiruntur, quorum investi-
gatio dum lucem & hlicam aspectura est, sub magno aliquo nomine prodire debet,
tunc tandem astimationem suam habitura. Versata hac olim fuit in Ægyptia
Piolo.

XVIII - 12535 - III - /10

*Ptolomæi Regiæ, Imperatoris Adriani Caesaris adiit fasces & pene cor ipsum Al-
 phonsi Aragoni occupavit. Et hac temporum revolutione non desunt, qui illam
 ament, desiderantur tamen, qui illam amando gratijs prosequantur. Ad Te Vi-
 rum olim laureis Philosophicis redimitum ex Cracoviensi properat Academo, hac
 lege certior, quod illam à favoribus Tuis non excludes, qui plenis manibus Aca-
 demicas amplexus literas ob summam probatamq; eruditionem, non tantum Phi-
 losophicarum, sed etiam Mathematicarum scientiarum affectus es Magisterium.
 Satis tamen cognovisse Tibi illas fuerat, aliò mentem tuam convertendo, qua cum
 sublimis sit, sacris se imò Ipsi Supremo Tonanti addixit, consecravit. Quia verò
 Te Divino dedicasti obsequio, ideò nunc meritò Ecclesiasticis superemines honori-
 bus, & in Te probatur illud servire DEO regnare est. DEO dicata Francisca-
 ni instituti Virgines ideòq; prudentes, Fundatricis D. CUNEGUNDIS Socia
 & exacta Imitatrices, Sandecensis Antiquissimi Asceterij Cultrices eximie pruden-
 tissimo consilio Te Tuasq; dotes astimantes, meritis Tuis beneficium Biegunicense
 contulerunt, in quo animarum intendens salutem, integerrimum Te probando CV-
 RATUM, aliùs Te promovere censuerunt. Vacans in Antiqua Sandecz Prepo-
 situra fuerat, meritò desiderabaris, ut illam impleres omnibus titulis PASTOR
 absolutus. ut illi advenisti, novus in ea refulsit Divini cultus nitor; & quamvis
 temporum & loci præferat antiquitatem, aliam seculorum videtur inchoare se-
 riem, cum Tuâ normâ dirigatur. Nam & Orbis Monarchia eadem profecto sunt,
 hoc tantum distant ab antiquissimis, quod alia regendi formâ præmiserant. I-
 pla universalis CHRISTI Ecclesia vetustatem exiit, non quod eadem non sit,
 sed quod ab alijs atq; alijs CHRISTI Vicarijs gubernetur, & usq; ad consum-
 mationem seculi à PETRO tamen regitur, licet is alio ethymo successivè nomi-
 nabitur. Id de Tua sub Te particulari antiquo-Sandecensi censendum, qua qua
 Domus Sacra nitore, qua cultus Sacri Ordine Phenix in dies renascitur. Ca-
 nonem in Te ac virtutis exactam ideam CELSISSIMUS, ILLUSTRISSIMUS
 & REVERENDISSIMUS olim CASIMIRUS à Lubna LUBIENSKI,
 EPISCOPUS CRACOVIENSIS, DUX SEVERIÆ advertit, acuto capitis
 sui iudicio notavit in Te ea, qua altioribus titulis adornaret. Canonicatum San-
 decensem conferendo, in stallo Te stare Illius Capituli voluit, non ut in illo immo-
 tus stares, sed vel ad alios honores procederes, vel certè altiùs inibi assurgeres.
 Nec mentem Tanti Principis ipse lusit effectus, qui Unus de Corpore Capituli fu-
 eras, evasisti successu temporum fortunato in caput, cum favore CELSISSIMI
 ILLUSTRISSIMI & REVERENDISSIMI CONSTANTINI FELICIA-
 NI in Szaniawy SZANIAWSKI, EPISCOPI adpræfens CRACOVIEN-
 SIS, & DUCIS SEVERIÆ DECANUS adoraris. Tota plane Polonia felici-
 tati suæ ducit huic PRINCIPI placere; quam Tu felicitatem gratijs Illius Il-*

lisq; non limitatis consecutus. Honor absq; actione evanidus quidam nitor est, ideoq;
ab Eodem **CELSISSIMO PRINCIPE** Officialiatus Tibi Sandecensis ju-
peradditus, ut sub Te Sacra Themis ad pedemontana Regionis circumferentiam
det responsa. Respondes Magni **PRÆSULIS** Arbitrio, judicas causas **FU-**
DEX Prudentissimus, formas decreta, qua nec justissimus Aristides auderet im-
probare; dirimis controversias aequè prudenter, quam solerter, negotijsq; ad Tu-
um devolutis Tribunal finem faustissimum sic imponis, ut neutram offendas par-
tem. Ita rebus sapienter prospicis ne causa è pedemontio ad altius subsellium de-
volvatur, ita litigantes componis, ut in animorum perennem veniant unionem.
Verè aureus judicij Tui Tripas, qui omnibus pretiosorem pandit optata concor-
dia quietem, quive, quod justum est decernit, alijs ad commotum Tibi certè ad
perennem Magni Nominis commendationem. Certe nulla major hominum com-
mendatio, quam Cælo prospiciens justitia: hac humanae Societatis connexio, Re-
gnorum salus, mortalium solatium, si terris abscederet, primævum illud chaos
videremus. Hac Tu **PRÆLATE DIGNISSIME** excellis, hac ex aquo aestima-
ris, hac affectus omnium devincis. Illa Te Principibus commendat viris. Hu-
ic sanctiori Astrea an debeam astrorum presentis anni cursum ac influentias denega-
re, discerne. Quid aget Saturnus, Jupiter, quid Mars effecturus & alij planetae
praesazant, ad Tuam primò debet notitiam devenire, Tuo subijci judicio, utiq;
summi Cælestis Astrea Mystra. Humanitatem etiam Tuam cum nemo ignoret, nec
ejusdem notitia effugit Uraniam; nempe vultus ac totius molis gravitas cum in-
Te digna sit Imperio; Ille tamen es, qui cunctis accessum prahens, Academicis
tandem viris, in quorum versabaris consortio, existis facillimus. Remotus à no-
bis, nobis ades qua optimo de nobis sensu, qua etiam favoris erga nos documen-
tis. Pateat ergo in penetrale Cordis Tui astrorum observatori aditus; ex quo voto
longæva vita penes augem honorum colligens, eum nosce quòd sit,

**Perillustris & Admodum Reve-
rendæ Dominationis Vestræ,**

devinctissimus

M. M. R. A. O.

